





1. Musaei Joh. I diff. in Epist. ad  
Romanos Cap. IX. v. 19 - 23.  
jane 1652.

2. — diff. de vera presentia  
corporis Christi in S. Coena.  
jane 1652.

3. — diff. II. De natura et  
definitione Ecclesie.  
jane 1655.

4. — diff. de resurrectione  
Christi a mortuis, jane 1653

5. Musaei Petri diff. de Baptis-  
mo, H. Elmer. 1664.

DISPUTATIO DECIMA  
EX EPISTOLA PAV-  
LI AD ROMANOS, PRO-  
PONENS <sup>etiam</sup> CAPITIS

OCTAVI,

*Cujus positiones, diuina adjuuante  
gratia,*

PRÆSIDE DAVIDE RVN-  
GIO, S. THEOLOGIÆ DOCTO-  
RE & Professore in Academia Vitebergensi  
publico, in priuato disputationum Theolo-  
gicarum collegio defendet, 10 Iulij  
horis matutinis,

M. IOACHIMVS GRYPHIVS  
HAMBVRGENSIS.



VVITEBERGA  
Excusa typis Simonis Gronenbergij.

M. D. XCIV.

A, 10 13

MAGNIFICO, CONSVL,  
TISSIMO ET PRVDENTIS-  
simoviro Dn. THEODORO ab HOLTE,  
celeberrimæ Reipub. Hamburg.  
Consuli Amplissimo.

REVERENDO, PIETATE, DO-  
CTRINA, ELOQUENTIA ET AUTORI-  
tate antecellenti viro Dn. M. BERNHARDO VA-  
GET, Ecclesiæ Hamburgensis ad D. NICO-  
LAUM Pastori fidelissimo.

D N. CHRISTIANO GRY-  
PHIO, verbi cœlestis in eadem Ecclesia ad  
D. CATHARINÆ præconi vigilan-  
tissimo, PARENTI suavissimo.

nec non  
AMPLISSIMO, CLARISSIMO, PRVDEN-  
tia & rerum usu præstantiss. humanitate & liberalitate ce-  
leberrimo viro, Dn. HIERONYMO VOEGLER-  
O, inclytæ ejusdem Reip. Senatori  
dignissimo,

Dominis Meccenatibus, Patronis & fau-  
toribus suis perpetua fide, debitaq;  
observantia officiosè colendis

Disputationem hanc Theologicam in sui commen-  
dationem dedicat & consecrat

M. IOACHIMVS GRY-  
phius Hamburgensis.



## CAPVT OCTAVVM.



Oncludit Apostolus huius capitinis prima parte disputationem superius tractatam de naturae nostrae deformitate & misera servitute sub jugo peccati & perpetua lucta carnis & spiritus, inserta gravissima exhortatione ad mortificationem carnis. Altera pars capitinis doctrinam de temptationibus & cruce piorum, & consolationibus cruci opponendis complectitur.

### PRIMA PARS.

Præcedenti textu capitinis septimi multis argumentis & gravissima asseveratione & querela docuit Apostolus, renatos in hac vita nunquam esse aut fieri perfectos, sed perpetuò habere & retinere peccati reliquias & multas sordes, dum tanquam in carcere, mente serviunt Legi Dei, carne autem Legi peccati. Hinc oritur quæstio, quomodo tales Deo placere possint, quam primis quatuor versibus explicat Apostolus, quorum àvālē tractationi sequenti inferemus.

### Quomodo renati harentes in sordibus peccatorum Deo placeant.

Perpetuò exercet pias mentes hæc tentatio: Deum iustum justis & sanctis delectari, eoque in societatem beatitudinis & gloriae cœlestis recipere: Et huc transferunt dicta, Levit: 11. v. 24. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Levit: 20. v. 6. Sanctificamini & estote sancti, quia ego Deus vester. Matth. 5. Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est. 2. Cor. 13. Perfecti estote.

Pontificii & Monachi, considerantes dicta ejusmodi, papistasingunt, posse hominem in hac vita fieri perfectum & àvārum præmæctuū, per auxilium Spiritus sancti, atque sic inhærente sumtio de justitia placere Deo, quod trahunt dicta: Gen. 6. Noah erat perfectivir justus & perfectus. Luc. 1. Iohannes parabit Deo plebem ne nostra perfectam. Anabaptistæ plane insinuant, dum renatos & Dei filios prorsus peccare non posse, singunt.

III.

Sed experientia ipsa omnes renatos convincit, inanem esse de perfectione interna in hac vita gloriationem. dum co-guntur omnes fateri cum Iohanne Apostolo: Si dixerimus quod peccatum non habemus, mentimur, & veritas non est in nobis. Et cum Paulo: Velle mihi adjacet, perficere autem peccatum. bonum non invenio, Rom. 7.

IV.

Exoritur itaque quæstio in conscientiis renatorum, qua ratione hi, qui multis peccati inquinamentis sunt deformati, Deo placeant, & quomodo ipsorum obedientia sit accepta? Hanc dilucidè explicat Apostolus his verbis: Nihil est igitur damnationis his, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant; sed secundum spiritum.

V.

Non dicit Apostolus, nihil superesse peccati in Sanctis, cùm contrarium luculenter antè demonstrárit. Sed nihil esse damnationis, seu actu damnans eos, qui sunt in Christo Iesu. Et caussam addit, quare peccata, quæ in renatis reliqua sunt, eos non condemnent; quia nimirum renati sunt in Christo Iesu, qui sua innocentia nostras tegit sordes, & legis sententiam sustulit è medio affixam cruci.

VI.

Renati ergo non placent Deo propter propriam suam obedientiam, aut inhærentem justitiam imperfectam, sed tantum propter Christum. Additur autem mentio applicationis, quinam sint, ad quos hoc elogium sit referendum, videlicet, 1. Qui sunt in Christo, videlicet insiti illi per baptismum, & qui eum apprehendunt. 2. Qui non secundum carnem, sed secundum spiritum ambulant. VII.

Fides ju-  
stificans  
non est  
cum mala  
conscien-  
tia.

Posteriore hac nota sejungit verè pīes ab hypocritis, qui gloriantur, se esse Christo insitos, & profitentur, se nosse Deum, factis autem abnegant. Tit. 1. Fides enim iustificans non potest simul esse cum proposito peccandi & mala conscientia. Qui ergo per fidem Christo sunt inserti, & non ambulant secundum carnem, seu faciunt opera carnis Gal. 5. hi nihil damnationis extimescunt, non propter suam obedientiam, sed propter Christum Iesum.

Se

### VIII.

Sequenti versu Apostolus tacitam objectionem diluit:  
Si renati habent peccatum, ergo sunt sub Lege peccati & Lex peccati.  
mortis. Lex peccati vel significat jus peccati, quod est damnare & morti adjudicare, vel ipsam Legem Dei, quae dicitur Lex peccati, eò quod peccatum arguat, & quod peccatum per Legem hominem enecet. 1. Cor. 15. Rom. 7.

### IX.

Respondet Apostolus, deficere argumenti vim, eò quod renati liberati sint à Lege peccati & mortis per Legem spiritus vitae. Quibus verbis simul & caussam exprimit, quare nulla damnatio sit renatis metuenda, quia non sunt amplius sub Lege, sed sub gratia, & liberationem nostram à Legis potestate denuo inculcat.

### X.

Lex spiritus vitae dicitur promissio Euangelij de Christo, qui est vita & veritas, cuius doctrina est verbum vitae, Iohann. 6. Act. 4. Vocatur autem Lex Spiritus, quia per vocem Euangelii datur Spiritus sanctus. Gal. 3. Vnde dicitur ministerium Spiritus. 2. Cor. 3. Impropriè autem promissio Euangelii dicitur Lex, vel potius Hebræa consuetudine, & additur mentio vitae, quia Euangelium proponit doctrinam de vera vita, Christo Iesu, qui in credentibus est & vivit. Gal. 2. v. 20.

### XI.

Deinceps v. 3 & 4. explicat modum liberationis, quam Lex spiritus vitae denunciat his, qui sunt in Christo Iesu, & compendio summam totius doctrinæ proponit. Impossibile quidem erat Legi largiri vitam & justitiam, Gal. 3. non suo, sed hominum vicio, quia infirmabatur per carnem, h. e. carnis nostræ corruptio impedit legem, quod minùs nos justificet.

Sed Deus defectum hunc supplevit alia ratione, dum proprium suum Filium misit in specie carnis peccato obnoxiae. Non dicit Christum habuisse tantum speciem carnis, aut phantasma, ut Marcionitæ finxerunt; sed docet, Filium Dei suscepisse veram carnem, quæ cùm esset absque omni peccato, similis tamen fuit carni peccato obnoxiae. Heb. 5. Phil. 2. Psal. 22. Esa. 53.

A 3

Quo.

Species  
carnis pec-  
cato ob-  
noxiae.

### XIII.

Quomodo autem Christus nos à servitute Legis & peccati liberârit, ostendunt sequentia verba: De peccato condemnavit peccatum in carne. Quorum sensus est: Christus peccatum totius mundi per carnem suam condemnavit, seu expiavit sacrificio πενitentiae oblato.

### XIV.

Phrasis obscurior est, quia Hebræam vocem græco sermone exprimit. Vocabula enim πενitentiae translata ex veteri Testamento significant hostiam piacularēm pro peccato, quam Lutherus alias vertit eīn Eindopffer. Deus itaq; per Christum, victimam pro peccato, damnavit peccata in carne nostra: Non enim recipit Deus hominem in gratiam, nisi satisfactione sufficientissima pro peccato præstita.

### XV.

Finis piacularis sacrificij, Christi & condemnationis peccati est, ut justificatio Legis impleretur in nobis. Lex enim Dei est immota norma justiciæ in Deo, quam necesse est impleri in his, qui recipiuntur à Deo in gratiam: Id autem non sit imperfecta nostra obedientia; sed merito, passione & morte Christi, quæ fide apprehensa fiunt nostra, imputatione Dei gratuita, ut suprà dictum est cap. 3 & 4.

### XVI.

Ne verò quis arbitretur, stabiliri hac doctrina licentiam carnis, dum, omne peccatum expiatum Christi obedientia, & justificationem Legis in nobis impleti alieno merito, docet, subinde inculcat veram renatorum notam, quod nimirum non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulent.

### Axiomata huius membra.

1. Renatis nulla condemnation extimescenda.
2. Euangelium non est propriè nova lex, sed ministerium Spiritus & vitæ.
3. Impossibile est Legi quenquam vivificare.
4. Christus non est adoptivus, sed proprius Dei filius.
5. Filius Dei assumit carnem nostram ἀναμάρτυρος, sed tamen similem carni peccato obnoxias propter infirmitates.
6. Chri-



6. Christus factus est Ascham peccatum, h. e. Victimam pro peccato 2. Cor. 5. idq; semel unica oblatione damnavit Hebr. 9. Vanæ igitur sunt Missæ Papisticæ.
7. In justificato per fidem impletur justificatio Legis.
8. Fides justificans nunquam simul consistit cum propo-  
sito peccandi.

## De carne & Spiritu.

### I.

Qui secundum carnem sunt, inquit Apostolus, quæ carnis sunt sapiunt. Secundum carnem esse, vel, ut postea loquitur v. 8. In carne esse, non est in conjugio vivere, ut Syricius Papa interpretatur; sed vacuum esse timore Dei & si-  
de, indulgere dubitationibus de Deo, eiūsq; operibus & ob-  
sequi cupiditatibus carnis. Tales qui sunt, quæ carnis sunt, cap. prope-  
seu veterem hominem delectant & afficiunt, ea tantum sapi-  
unt & curant. v. 5.

### II.

Qui vero secundum Spiritum sunt, sapiunt ea, quæ sunt Spiritus. Secundum Spiritum esse, est donatum esse Spiritu Sancto, & receptū à Deo in gratiam, & Spiritus sancti ductū Sapere se-  
sequi ad præstanta officia pietatis & dilectionis, Deo & ho-  
minibus grata. Tales qui sunt, quæ Spiritus sunt, quæ ad a-  
spirituum-  
lendam & confirmandam fidem, & ad gloriam Dei promo-  
wendam faciunt, ea sapiunt & curant.

### III.

Vtrumq; membrum antitheseos illustrat ab effectis &  
adjunctis: φρόνιμα σαρκός est mors. h. e. quicquid homo non  
renatus sine Spiritu S. conatur, agit, efficit, id omne est mors,  
seu peccatum & morte dignum, & operatur mortem & da-  
mnationem. φρόνιμα Spiritus seu bonus motus mentis, volun-  
tatis & cordis in homine renato, conformis legi divinæ ex. φρόνιμα  
citus à Spiritu S. est vita & pax. h. e. operatur vitam & pa-  
cem, dum renati Christum, qui est vita nostra, inquirunt & Spiritus.  
apprehendunt, ex eo veram spiritualem vitam hauriunt, &  
cœlesti conscientiae pace ac tranquillitate fruuntur.

¶ . Quia

IV.

Quia verò videri poterat hæc sententia durior, quod o-  
mne φρόνμα & σάρκωσις sit morte dignum, causam affirmati po-  
nit v. 7. Quia, inquit, est inimicitia adversus Deum: Sed quia  
homines sapientes & politici non volunt videri Dei inimici,  
explicat ἐχθρῶν istam Apostolus mentione Legis, cui φρό-  
νμα illud σάρκωσις non subjicitur, ac ne potest quidem. Vnde  
concludit, eos, qui in carne sunt, Deo placere non posse.

V.

Inhabita-  
tio Spiritus  
Sancti.

Deinceps de Spirituali vita differit, sed in Concreto,  
prolato nimirum Romanorum exemplo: Vos non estis in  
Carne; sed in Spiritu, siquidem Spiritus Dei habitat in vo-  
bis. Dignitatem & necessitatem huius doni demonstrat se-  
quentibus verbis: Si verò quis Spiritum Christi non ha-  
bet, is non est eius, h. e. non est verum membrum corporis  
Christi mystici, cùm non eodem spiritu cum ipso regatur.  
Vnde necesse est, eum esse extra Christum, & gratia ac spe  
gloriæ cœlestis excidisse.

VI.

Quomodo  
renati sint  
in Christo.

Sequenti versu 10 confutat Apostolus tacitam obje-  
ctionem: Qualénam est illud consortium cum Christo, cùm  
illi, qui in Christo sunt, calamitatibus & morti sint obnoxij,  
Ipse verò ab his immunis, cœlesti fruatur gloria? Respondet  
Paulus dupliciter: Primi, disparitatem istam conditionis  
oriri ex peccato, quod quia in Sanctis est reliquum, idcirco  
corpus peccati affligi & mortificari: Spiritum autem vivere  
h. e. renovare hominem ad vitam spiritualem, idq; beneficio  
gratuitæ justificationis, ex qua hæc naturæ renovatio ortum  
trahit.

VII.

Altera responso ad propositam objectionem contine-  
tur v. 11. Disparitatem istam tantum esse certi temporis, vi-  
delicet, quamdiu in hac vita hæremus: Tandem enim nos  
quoq; ex mortuis resuscitati eandem vitam, qua Christus  
vivit, in gloria fruemur, idq; propter eundem Spiritum in  
Christo & in nobis habitantem: Cùm impossibile sit, capite  
resuscitato & vivente, membra omnino emori aut interire.

VIII.

Confus.



Confutationi hujus argumenti subjicit Apostolus παραγωγὴν brevem ad studium novae obedientiae argumentis aliquot nervosis adhibitis: 1. Quia talis obedientia est debita, *dientia re*. 2. Quia ejus contrarium parit mortem. 3. Quia novam obedientiam comitatur vita, cùm videlicet ea testetur de vera est debita fide, qua homo justificatur & fit æternæ vitæ hæres.

Ex hac textus ἀναλύσει de peccato reliquo in sanctis, de lucta carnis & Spiritus, de diversis studiis hominum carnalium & spiritualium, de gratiosa inhabitatione Spiritus sancti, de unitate mystici corporis Ecclesiæ, ejusque cum Christo capite conjunctione, de studio novae obedientiae differi potest: Nos autem hac vice unicum de libero hominis arbitrio locum paucis perstringemus ex dicto Apostolico: *Sapere carnis est inimicitia adversus Deum.*

## *De libero arbitrio, seu de viribus humanis.*

### I.

**S**peciosum est Liberi arbitrii nomen, cuius occasione multi decepti finixerunt, in homine superesse liberum arbitrium in omnibus, tām rebus spiritualibus, quām rationi humanae subjectis. Vocatur autem ARBITRIUM propter mentis humanæ judicium de rebus oblatis, & LIBERUM propter voluntatis liberam electionem.

### II.

Græci vocant τὸ δυτερόνομον οὐκ ἀντεῖσθοτον, quæ vocabula significant liberam potestatem nullius imperio subiectam. Sed in utraque lingua ambitiosior est appellatio, quām Cautela res ipsa ferat, de qua hoc loco agitur: Et Pelagius ex titulo de appellatio Liberi arbitrii dogma suum in homine viribus ad latitudinibus, liberè amplectendum bonum, & declinandum malum extruxit.

### III.

Monachi & Papistæ, etsi damnant opinionem Pelagi: Tamen partem ejus retinent, judicantes, Liberum arbitrium superesse quidem homini non renato, etiam in rebus spiritualibus, sed variè impeditum & turbatum. Quorum deliriis

B ab



In lib. de ab Erasmo propugnatis opposuit Lutherus nomen & rem servio arb. SERVI ARBITRII, quæ appellatio sumta est ex Scriptura Ioh. 8. v. 34. Rom. 6. v. 16. 2. Pet. 2. v. 19. A quo quis superatus est, hujus & servus est. Et Augustinus vocat arbitrii Pelag. c. s. trium captivatum, servum & amissum.

Remouens

tur cognatæ quæstiones,

I. non renato sit anima rationalis, habens aliquam potestatem Vis animæ judicii in mente & electionis in voluntate, in qua significatio rationalis.

Amb. de

Voc. gent:

lib. i. c. 3.

II. libertas ad peccandum, seu liberè peccent, non coactè, non necessitate absoluta: Nam de hoc rectè Augustinus: Homo in malo habet liberum arbitrium.

Cont. 2.

Epi. Pelag.

Quare causa peccati non in Deum, non in fatum aut L. i. cap. 3. necessitatem est referenda, ut Valla fecit, sed in propriam voluntatis malitiam. Revera autem hoc genus libertatis servitutis nomine potius est appellandum. Nam qui facit peccatum, servus est peccati, Ioh. 8. v. 34.

V.

VI.

VII.

III. Neque hoc versatur in quæstione, utrum homo non re-  
Libertas in tatus habeat aliquam libertatem in rebus externis, rationi  
civilibus & potestati suæ subjectis, ut, an possit mouere digitum aut  
actionib. pedem, emere, vendere, contractus & commercia exerce-  
Valla de re: De his enim actionibus nulla est hoc loco quæstio. Im-  
Libero arb. peritè igitur Valla doctrinam de libertate voluntatis & con-  
tingentia huic doctrinæ immiscuit.

VIII.

IV. Neque de externa honesta disciplina, seu de externis  
Libertas in præstanta operibus Legis quæritur, an homo ex suis viribus possit abs-  
externa dis- sciplina, tinere à cæde, adulterio, furto, maledicto. Docet enim Scri-  
Obedire ptura & testantur historiæ Ethnicorum, posse hominem ta-  
honestis le- gibus ma- gistratus. lia quodammodo præstare, etiam sine speciali Spiritus auxi-  
lio.

IX.

Tribuit enim Paulus gentibus vim, ex creatis rebus in-

ve-

vestigandi aliquam notitiam Dei: Imò tribuit idem homini non renato justitiam carnis, dum docet, gentes  $\phi$ ūtē ea, quæ Legis sunt, facere, Rom. 1, 20. 2, 14. Et ipse sibinondum renato justitiam carnis Spiritu vacuam vendicat, Phil. 2. v. 6.

X.

Præterea Lex Dei coërcet etiam non renatos, ne ruant <sup>Augustinus</sup> in manifesta scelera. 1. Tim. 1. v. 9. Et hanc liberi arbitrii ju- lib. 5. de stitiam carnalem seu obedientiam externam remuneratur <sup>Civit., c. 15.</sup> Deus præmiis hujus vitæ, etiam non renatis, perinde ut in ejus violationem gravissimè animadvertis.

XI.

Etsi autem largimur homini non renato aliquam facultatem præstandi externam disciplinam: Tamen hoc ipso non stabilimus eorum errorem, qui censem, hominem non renatum, dum facit opera præceptorum, non peccare, ac pro- <sup>Meritum congrui,</sup> inde habere meritum congrui. Impossibile est enim sine fide placere Deo, Heb. 11. v. 6. Et quicquid non sit ex fide, peccatum est, Rom. 14. v. 24.

XII.

Multò verò minus probamus scholasticorum dogma, <sup>Pelagius,</sup> quod homo non renatus virtute liberi arbitrii possit imple <sup>Scholastici</sup> re præcepta Dei, quoad substantiam actus, & Spiritus gratia- am tantum conferre actui isti vim meritoriam. Hæc porten- ta opinionum stabilire conati sunt hi, qui, Legem Dei possi- bilem esse in hac naturæ corruptione, docuerunt, Contra dicta, Rom. 7. v. 14. Rom. 8. v. 3. Gal. 2. v. 16.

XIII.

Removendæ sunt etiam ex hac disputatione reliquæ <sup>v.</sup> quæstiones cognatae, ut de libero arbitrio Adami ante la- psum, de libertate voluntatis renovatæ per Spiritu sanctum, de libero arbitrio angelorum & beatorum in cœlis. <sup>Libertas spiritualis trium gra- duum.</sup> L. Con.

XIV.

Nec propriè huc pertinet quæstio de auditu verbi: Fa- tendum est, hominem non converti à Deo, nisi per ministerium verbi, Rom. 10. Fides ex auditu est, auditus per verbum <sup>VI.</sup> <sup>Libertas in</sup> Dei. Et furores Swenckfeldii, extenuantis efficaciam verbi, <sup>externo usu</sup> ut & Enthusiastarū ex particulari revelatione cœlestis Patris <sup>mediorum</sup> regenerationis beneficium expectantū, derestandi sunt. Requi- <sup>conversionis nostræ.</sup>



rit enim Dominus studium audiendi & cognoscendi verbi ab homine etiam non renato, perinde ut reliqua opera gubernationis externæ locomotivæ.

X V.

*De auditu verbi Dei.* Posse etiam hominem non renatum suis viribus audire verbum Dei, vel legere, extra omnem controversiam est: Neque enim truncus est, aut lapis, neque sic à Deo convertitur, ut ex trunko aut lapide sit statua, sed necesse est, accedere notitiam, lectionis vel auditus beneficio animo impressam.

X VI.

*De fide ad Pet. cap. 32.* De hoc Augustinus inquit: Firmissimè tene & nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas vel adversitas, verba Legis & Euangeliū sive legere, sive ex prædictoris ore audire: Sed ut, quod audit corpore, corde etiam percipiat, & accepta divinitus bona voluntate facere & velit & possit, neminem posse, nisi quem Deus gratia sua prævenerit.

X VII.

Quibus Augustini verbis argumentum de auditu verbi, quatenus ille est in hominis potestate, & de fructu atque efficacia auditus illius, qui non est in nostra potestate, dilucide expeditum est. Ac proinde non sequitur: Homo potest audire verbum Dei: Ex suis igitur viribus aliquid ad efficiendam conversionem confert. Si enim vel maximè omne vitæ tempus audiendo consumeret, nihilo magis inde renovaretur, quam si aliud quippiam ageret, nisi Deus peculiari Spiritus sancti auxilio per auditum verbi in cordibus operaretur.

X VIII.

*Status.* Proprius igitur status quæstionis de viribus humanis versatur circa objecta spiritualia, conversionem ad Deum, illuminationem obtenebratæ mentis & immutationem aversæ voluntatis, & spiritualem renovationem cordis affectuum ac reliquarum virium: Vtrum homo non renatus ad hæc inchoanda vel efficienda ex suis viribus aliquid agat vel conferat?

X IX.

Firmiter itaque tenenda est ἀπόφασις propositæ quæstio-

ftionis: Hominem ex suis viribus nihil agere aut conferre ad  
inchoandam conversionem vel efficiendam interiorem re-<sup>ad suauitatem</sup>  
novationem mentis, voluntatis & cordis.<sup>virium  
humana-</sup>

X X.

Fundamenta huius assertionis ex Scriptura sunt plana: <sup>rum.</sup>  
Eph. 2. v. 5. Sumus mortui in peccatis. Colof. 3. v. 13. Cùm  
essetis mortui in delictis. Quantum igitur mortuus ad resu-  
scitationem suam potest afferre adjumenti; tantum spirituali-  
ter mortuo ad vitam spiritualem in se accendendam super-  
est virium.

X X I.

Illustrius patet hoc ex distributione præcipuarum po-  
tentiarum animæ: Ut enim fiat in homine conversio, necesse  
est. 1. in mente novam lucem accendi veræ agnitionis Dei,  
secundum essentiam & voluntatem, in lege & Euangeliō  
patefactam. 2. In voluntate hominis necesse est talem fieri  
mutationem, ut homo monstrata bona amplectatur & Deo  
obediat, 3. In reliquis inferioribus viribus necesse est esse  
conformatatem, obsequentem judicio rationis & motui vo-  
luntatis. Quod si demonstratum fuerit, nulla in parte quic-  
quam reliquum esse virium homini non renato in rebus spi-  
ritualibus, evicta nimirum thesis erit.

X X I I.

De mentis humanæ in divinis rebus cæcitate testimo-  
nia Scripturæ sunt illustria 1. Cor. 2. v. 6. Sapientiam Dei  
nemo Principum huius seculi cognovit: 1. Co. 2. v. 14, A-  
nimalis homo non percipit ea, quæ sunt Spiritus Dei. ubi  
diligerent propositionis subjectum & prædicatum conside-  
randa veniunt,

X X I I I.

Non loquitur Apostolus priori dicto de Epicureis,  
quos Petrus 2. Cap. 2. v. 12. vocat ἀλεγχῷα, sed de Prin-  
cipibus huius seculi, præstantibus ingenio, sapientia & vir-  
tute, Scipione, Catone, Socrate, Aristide &c.

X X I V.

Nec loquitur de his, qui speciali Dei judicio sunt tra-  
diti Satanæ excæcantib[us] ipsorum corda, ut videntes non vi-  
deant, qui dicuntur homines κατιφθαρμένοι Τὸν υἱόν 2. Tim.

*Animalis  
homo.*

3. v. 8. & διεφθαρμένοι τὸν υἱόν. 2. Cor. 4. v. 4. Sed dicto loco 1. Cor. 2. loquitur Apostolus de homine θυχικῷ Spiritum non habente. Epist. Iudæ. 19. qualis est ex origine prima, & quicquid institutione & exercitatione ex principiis naturalibus addiscere aut acquirere potest.

XXV.

His itaq; nimirum principibus huius seculi, & in genero omni homini θυχικῷ adimit Apostolus duo distincta, γνῶναι σοφίαν θεῶν, & δέχεσθαι τὰ τόπα θεῶν: Docens nimirum eos neque suis viribus sapientiam Dei invenire aut cognoscere, neque si offeratur aliunde, eidem assentiri, eāmq; firma assensio ne amplecti posse: Quin potius sapientes huius seculi, sapientiam Dei, judicant, stulticiam esse 1. Cor. 1. v. 23.

XXVI.

*Tenebræ  
mundi.*

Idipsum ostendunt dicta, quæ totum terrarum orbem, omnēsq; homines tenebris immersos, docent: Ioh. 3. v. 5. Lux in tenebris lucet. Eph. 5. v. 8. Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux, non ex proprijs viribus, sed in Domino. Eph. 4. v. 17. Ambulant gentes in vanitate mentis, habentes tenebris obscuratum intellectum. Ut ergo tenebræ seiphas illustrare nequeunt; ita mens hominis non renati semetipsam divina luce cœlestis sapientiae imbuere non potest: dicente Christo, Matth. 16. v. 17. Caro & sanguis non revelavit tibi.

XXVII.

*Voluntatis  
aversio.  
inimicitia.*

*Sapere car  
nis.*

De voluntatis humanæ affectione erga Dei mandata illustre est testimonium huius loci, in cuius explicatione nunc versamur, Rom. 8. v. 7. φρόνιμα σάρκος est inimicitia adversus Deum. Non loquitur Apostolus de affectibus libidinis, iræ, avaritiae, superbiæ, quos ἐπιθυμίας nomine solet designare: Sed φρόνιμα σάρκος significat voluntatis non renatae supremas vires, conatus & motus, quos dicit Deo adversari, & non tantum esse inimicos, sed ipsam ἔχθραν, ostendens nimirum, nihil eis inesse, quod Deo placeat.

XXVIII.

Idipsum Eph. 2. v. 3. probat Apostolus: Eramus natura filij iræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum. Filij enim

enim Dei non ex voluntate carnis aut viri nascuntur, Ioh. 1.  
Ideoque omnes sumus servi peccatorum Ioh. 8.

XXIX.

Patet hoc quoq; ex prioris membra immota descriptione. Quale enim est judicium mentis in homine non renato de rebus Spiritualibus: Talis est etiam motus voluntatis judicium consequens. Sed illud non modò est infirmatum & vulneratum, verùm planè est corruptum, dum summam Dei sapientiam stulticiæ comparatam irridet: ac proinde mirum nou est, consimilem esse huic depravationi voluntatis non renatae motum.

XXX.

Reliquas inferiores potentias ac vires affectuum & motuum in membris quod attinet, Scriptura eis quoq; ἀτοξίαν Inferiorū multiplicem, & ἀθυμίαν in rebus Spiritualibus ascribit virium Rom. 3. v. 10. 11. 12. Et quid multa? Tota natura hominis corruptio, peccato originis miserè deformata, ad cognoscendum, amplectendum & amandum spirituale bonum planè inutilis facta est, & tota fertur ad malum Gen. 6 & 8. Ideo vocatur cor lapideum, Ezech. 36. v. 26. durum, pœnitere nescium, Rom. 2. v. 5. vanum, Psal. 5. v. 10. callo obdumum, Marc. 6. v. 52.

XXXI.

Verè itaq; Christus dicit Ioh. 15. v. 5. Sine me Nihil potestis facere: Nisi enim Christus aperiat cor, Act. 16. Apertio triat obscuratos oculos mentis nostræ, Eph. 1. v. 17. 18. Det cordis est intellectum ad discendum statuta Dei, Psal. 119. Det cor no. solius Christi vum. Ezech. 36. v. 20. Et scribat legem suam in visceribus sibi opus nostris. Jerem. 31. Nisi is det spiritum suum in medio nostri, Ezech. 36. Spiritum intellectus & sapientiae, Esa. 11. v. 2. Perpetuò in tenebris & umbra mortis desiderendum nobis foret, Luc. 1. v. 75.

XXXII.

Idem ille Dominus est, qui lapideum cor nostrum afferit, Ezech. 36. frangit, 1. Reg. 10. v. 26. Circumcidit, Deut. 30. v. 6. Conterit, Psal. 51. v. 19. Ezech. 6. v. 9. Et NOVVM cor creat, Ezech. 36. Psal. 51. Vivificat, Esa. 57. v. 15. Purificat, Act. 15. v. 9. Deniq; nos totos regenerat & de novo creat, Ioh. 3. Eph. 4. v. 24.

His vocib; scriptura conversio-  
nem describit.

33. Pa-

### XXXIII.

Patet ex his, Deo initium, medium & finem totius operis conversionis & salutis nostrae ascribendum esse. Neque enim nostrum velle prævenit Dei gratiam secundum perversa dicta: Trahit Deus, sed volentem trahit. Et tantum velis & Deus præoccurret tibi; Sed Deus est, qui ex nolentibus facit volentes, Ioh. 6. Is est, qui operatur in nobis velle & perficere pro bona sua voluntate, Phil. 2. v. 13. 2. Cor. 3. v. 5. Non sumus idonei ex nobis ipsis cogitare aliquid, tanquam ex nobis.

### XXXIV.

*Synergia* Alij et si initium conversionis novorum motuum spiritualium tribuunt Spiritui S. Tamen in progressu aliquid largiuntur viribus humanis, quas adjuvari dicunt divinitus voluntatis nostrae assensu & obedientia. Sed idem Deus, qui operatur velle, is etiam dat perficere nobis: Et quomodo adjuvari potest id, quod planè est inimicum & adversum Deo, nisi priùs innovetur? Et quando mens assentitur verbo, non facit id ex suis viribus, sed Spiritus S. gratia.

*De voca-  
bulo adju-  
vandi.*

### XXXV.

Aliud autem est loqui de Spiritus S. auxilio, quo regnati semper indigent, sed tum non adjuvat Spiritus S. vires humanas, sed donum renovationis à se collatum sustentat, auget, confirmat in sanctis, & dat gratiam perseverandi, juxta dicta Phil. 1. v. 6. Qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet usq; in diem Iesu Christi. 2. Cor. 12. Virtus Dei infirmitate perficitur.

### XXXVI.

Rectè itaq: dictum est à D. Luthero: Voluntatem hominis in conversione habere se purè passivè, h. e. ex suis naturalibus viribus ad inchoandam aut perficiendam conversionem nihil afferre facultatis. Fatendum est sanè, cum Spiritus Domini incipit renovare naturam nostram [ neque enim *Voluntas* momento mathematico, vel Enthusiastico absolvitur *non renata* versio ] oriri in homine luctam carnis adversus Spiritum: reluctatur. Et sic, voluntatem hominis non esse ociosam in conversione *conversior* sui; sed spiritui obluctari & resistere, non negamus. *ni & non  
est ociosa.*

37. Tan-

### XXXVII.

Tandem tamen Spiritus sancti opus in convertendo homine absolvitur, non mente & voluntate hominis inscia, aut aliud agente, sed conando, carni reluctando & assentiendo. Et, hos esse motus mentis & voluntatis humanæ, manifestum est. Oriuntur autem non ex naturæ viribus, sed ex Dei operatione.

### XXXVIII.

Quatenus ergo mens hominis illuminata à Spiritu sancto, intelligit verbum Dei, cíque assentitur, & voluntas *voluntas* cœlesti gratia immutata & renovata non amplius sequitur φρόνημα σαρκὸς, sed πνεύματος, & consilium Dei in verbo *renovata* monstratum sequitur, etenim, mentem & voluntatem non *non est* esse quidem otiosam, fatemur, sed, ideo ad sui conversionem *otiosa.* aliquid conferre, negamus.

### XXXIX.

Neque tamen propterea mediorum usum, videlicet auditum & lectionem verbi Dei, è medio tollimus: Operatur enim Deus conversionem hominis, quando & ubi vult, ut *Articulo* inquit Augustana Confessio, ubi temporis mentio respicit *quinto.*

d vocem Dei, Psal. 95. v. 11. repetitam Hebr. 4. v. 7. Hoc lie, si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra. Et Rom. 10. d illud Esa. 65. v. 2. Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

### XL.

Nec mentio loci remittit hominem ad Enthusiasmos captandos, sed ad Ecclesiam, ubi vox Euangeli sonat de Christo, per quam Spiritus sanctus est efficax, Rom. 10. Fides ex auditu est, auditus per verbum Dei. Luc. 8. Qui habet aures audiendi, audiat.

### XL I.

Quare, audiendum esse verbum & meditandum, docemus, idque hominem etiam non renatum carnali quodam instituto facere posse, & ex mandato Dei debere, statuimus. Quod verò auditus verbi fructificat ad salutarem lucem accendendam in mente hominis, & voluntatem impiam convertendam atque immutandam, id non auditui, tanquam nostro operi, sed solius Spiritus sancti clementi operationi per

C

verbum

*Fruitus  
auditus  
verbi est  
ex solo  
Deo.*

verbum efficaciter agenti acceptum ferri debet, Rom. 9.  
Non est volentis, nec currentis, sed Dei miserentis.

### XLI.

Vtrinque igitur cavendi sunt Scopuli, tum ne, viribus  
humanis aliquid largiendo, vel Pelagii, vel Semipelagiano-  
rum & Synergistarum stabiliamus errorem: Tum ne En-  
thusiastarum & Euchetarum, ut & nostro seculo Munzeria-  
norum, deliria quoquo modo confirmemus, sublato medio-  
rum usu.

### SECUNDA PARS CAPITIS.

Posterior pars capitinis octavi tota consumitur in conso-  
latione piorum, quorum fides & spes multis machinis & i-  
gnitis diaboli telis impugnatur. Sunt autem præcipuae ten-  
tationum classes. 1. De propria infirmitate & indignitate.  
2. De multiplicibus æruminis, spem piorum labefactantibus.  
3. De æterna Dei prædestinatione. 4. De finali perseveran-  
tia.

### Prima tentatio propriæ infir- mitatis.

#### I.

Etsi multæ sunt sanctorum imbecillitates & peccata,  
tamen ideo non exciderunt gratia Dei, vel amittunt nomen  
& gloriam filiorum Dei, modò se patientur regi Spiritu Dei,  
& non indulgeant pravis motibus concupiscentiæ: Qui Spi-  
ritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei, v. 14. Quia enim arri-  
bonem salutis æternæ & filiorum Dei acceperunt Spiritum  
sanctum, de jure filiorum Dei dubitare non debent.

#### II.

Declarat hoc Apostolus ab attributis filiorum Dei, &  
**Attributa** operatioie Spiritus sancti in illis. Filii Dei, inquit, acce-  
filiorum perunt Spiritum non servitutis ad timorem, sed ἐργασίᾳ, ni-  
Dei. mirum eum thesaurum, qui filiorum Dei est proprius. Est  
itaque primum filiorum Dei attributum, quod Spiritum  
ἐργασίᾳ acceperunt, v. 16, Alterum, quod ex eo Spiritu  
Deum

Deum, ut Patrem, appellant, v. 15. Tertium, quod interno  
Spiritus sancti testimonio haec ipsorum fides roboratur,  
v. 16. Quartum, quod celestis & aeternae hereditatis adeun-  
dæ certam spem habent, utpote filii, v. 17. Quintum, quod  
nihilominus ad Christi exemplum in hac vita, cruce &  
calamitatibus excentur, v. 17.

## De Spiritu sancto.

### I.

Multa sunt illustria testimonia, toto capite octavo Epis-  
tolæ ad Romanos sparsa, de gratiosa inhabitatione Spiritus  
sancti, ejusque in nobis effectis, ex quibus doctrinæ de per-  
sona, officio & beneficiis Spiritus sancti brevem & aucti-  
plicem sub-  
jiciemus.

### II.

Vocatur hoc loco Spiritus sanctus, Spiritus Dei,  
v. 14. Spiritus ejus, qui suscitavit Christum à mortuis, v. 11.  
Spiritus Christi, v. 10. His verbis & aeterna Deitas Spiritus  
sancti & ὑποστική à Patre & Filio differentia exprimitur.  
Siquidem enim est Spiritus Dei Patris, non ipse Pater sit,  
necessitatem est: Et tamen quia Dei Spiritus est, verus Deus sit, o-  
portet.

### III.

Hoc ipsum multis quoque aliis Scripturæ testimoniis *Nomina*  
est perspicuum, quia nimis Spiritum sanctum sacræ lite-Dei.  
ræ Deum & Iehovam appellant, 2. Sam. 23. v. 3. 1. Cor. 3.  
v. 16. 1. Cor. 12. v. 6. Act. 5. v. 4. Act. 28. Esa. 6. Luc. 1.  
Act. 1. Veritas, 1. Ioh. 5. v. 6. Quæ testimonia alibi pleniū  
excipiuntur.

### IV.

Adhæc Scriptura sacra tribuit Spiritui sancto attributa, *Attributa*  
quæ sunt solius divinæ naturæ propria, qualia sunt aeternitas Dei,  
Heb. 9. v. 14. Scientia omnium Dei profundatum, seu  
Omniscientia, 1. Cor. 2. v. 10. Omnipräsentia, Psal. 139. v. 7.  
1. Cor. 3. v. 16. Omnipotentia, 2. Tim. 2. v. 7, Esa. 11. v. 2.

### V.

Præterea opera, quæ sacris monumentis Spiritui san- *Opera Dei*,  
cto assignantur, aeternæ illius divinitatis & omnipotentiae

C 2      sunt

sunt immota documenta, ut Creatio omnium, Gen. 1. v. 2.  
Psal. 33. v. 6. Prædictio rerum multis seculis antè, quām fiant,  
Act. 1. v. 28. 2. Petr. 1. Esa. 41. Gubernatio & defensio mi-  
nisterii, Act. 13. Miracula, Act. 10. Sanctificatio & vivifica-  
tio, 2. Cor. 3.

V I.

*Cultus Dei.* Postremò quia honor adorationis, soli Deo debitus,  
Spiritui sancto tribuitur, ut Paulus jurat per nomen ejus,  
Rom. 9. Baptizamur omnes in nomine eius, Matth. 28. ac  
credimus in Spiritum sanctum, non minùs, ut in Patrem &  
Filiū: Verus igitur Deus est Spiritus sanctus.

V II.

*Processio à Patre & Filio.* Vocatur autem in textu Spiritus Patris, v. 11. & Spi-  
ritus Christi v. 10. Non modò, quòd unius est cum Patre &  
Filio essentiæ: Sed etiam quia ab æterno à Patre & Filio pro-  
cedit, Galat. 4. Iohan. 20.

VIII.

*Beneficia Spiritus sancti in renatis.* Officia & beneficia Spiritus sancti aliqua recenset A-  
postolus in textu: Habitat enim in sanctis, v. 9. Nō enim mo-  
mentaneo beneficio tantùm afficit suos, subito aliquo motu  
eorum corda percellens, sed habitat in illis, Ioh. 14. & cum  
eis manet, nisi peccatis contra conscientiam excutiatur.

IX.

Effectus inhabitantis Spiritus sancti in nobis sunt: TERTO: Gubernatio fidei, doctrinæ & vitæ piorum. Qui enim  
Spiritu Dei ducuntur, hi sunt filii Dei. SECUNDO: Obsi-  
gnatio promissionis Euangelicæ & gratuitæ adoptionis no-  
stræ ad jus filiorum Dei: unde dicitur ἀπέκτωπ, & pignus  
hæreditatis nostræ, Rom. 8. 2. Cor. 11. v. 22. & 5. v. 5.  
Eph. 1. v. 14. Quia dat testimonium Spiritui nostro, quòd  
simus filii Dei.

X.

TERTIO: Est spiritus precum, per quem clamamus:  
Abba Pater, Zach. 12. v. 10. Rom. 8. v. 15. Gal. 4. v. 6.  
QUARTO: est spiritus foras pellens timorem & servitu-  
tem, & afferens fiduciam & libertatem, virtutem, & παρηγ-  
νικ, Rom. 8. v. 15. 2. Tim. 1. v. 7.

XI.

QUINTO; Spiritus φρόνμα est vita & pax, Rom. 8.  
v. 6.

v. 6. hoc est, vivificat, sanctificat, & regenerat corda credentium, & dat veram pacem conscientiae cum Deo. **SEXTO:** est vinculum conjunctionis nostrae spiritualis cum Christo: Qui enim Spiritum Christi non habet, non est ejus, non pertinet ad integratem corporis Christi mystici, quod uno, eodemque Spiritu animatur & regitur. **SEPTIMO:** Est consolator adjuvans infirmitatem nostram & pro nobis orans v. 26.

XII.

Et haec quidem beneficia attingit Paulus hoc loco, quibus adde officium docendi, quo doctrina ac miraculis clarificat Christum & colligit Ecclesiam, ministerium verbi regit & conservat, Ioh. 14. & 16.

*Secunda tentatio crucis.*

I.

Post considerationem peccati & propriæ indignitatis atq; infirmitatis, vehementer fidem piorū, quod sint Dei filii, exercet, & tantum non labefactare conatur consideratio crucis & calamitatum, quibus pij subjecti sunt in hac vita.

II.

Subiungit itaq; Apostolus aliquot consolationes, quibus *Consolat.*  
mentes afflictæ se sustentare & consolari queant. *in cruce.*

Earum prima est petita ab ordine divinitus instituto, quo suos aliter glorificare non decrevit, quam per crucem, dicente Apostolo: Quod simus hæredes Dei & cohæredes Christi, Si tamen compatimur, ut & conglorificemur.

III.

Eundem ordinem indicat Christus Luc. 22. Dispono vobis regnum, sicut & mihi disposuit Pater. At quomodo hoc est factum? Luc. 24. Nonne oportuit Christum pati & intrare in gloriam suam? Et 2. Tim. 2. v. 11. Si conmortui fuerimus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus: Per multas enim tribulationes oportet ingredi in regnum Dei Acto. 14.

IV.

Secunda consolatio est à collatione præsentium ærumnarum & futuræ gloriæ: Existimo, inquit, passiones huius seculi non esse dignas, quæ conferantur cum futura gloria,

II.

*Collatio  
calamita-  
tum &  
gloriæ.*

quæ revelabitur in nobis. Idem argumentum repetitur 2. Cor. 4. v. 17. Momentanea levitas tribulationis nostræ immensum gloriæ pondus parit. Et Christus Ioh. 16. de cruce inquit: Modicum & non videbitis me. Psal. 30. Iræ eius momentum Esa. 55. Ad momentum derelique. De consolatione verò: Gaudium vestrum nemo auferet à vobis.

V.

III.  
œv. πάτα.  
θασ ομνιū  
creatura  
rum.

Tertium solatij argumentum dicitur à συμπαθείᾳ totius creaturæ: Levat dolorem nonnihil, si is ad plures simul spectet: Sed non modò pīj affliguntur in hac vita, verū tota natura, omnésque creaturæ ingemiscunt & expectant diem, quo filii Dei revelabuntur.

VI.

Amplificatur argumenti antecedens ex collatione duplicis creaturarum conditionis, quarum altera est libertatis, altera servitutis. Creatæ enim sunt omnia, ut gloriæ Dei & utilitati hominum serviant, interim verò per peccatum subjecta sunt vanitati, h. e. corruptioni & multiplici ἀταξίᾳ. Cui tamen serviunt, sed ἀκόσια propter eum, qui ea subjecit in spe liberationis, quia & ipsa liberabitur creatura à servitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Prosopo-  
pœia Pan-  
lina.

Opinio de  
perpetui-  
tate crea-  
turarum.

VII.

Tribuitur creaturis ἀποκαργόδοκια h. e. anxia quædam expectatio & desiderium soli Deo cognitum per Prosopopœiam Scripturæ usitatam, non quòd inanimatis creaturis sensus aliquis insit.

VIII.

Ex verbis hisce Apostoli conati sunt quidam veterum & recentiorum adstruere opinionem, de creaturarum omnium tali liberatione, qua ipsæ in altera vita, salva substantia sua, & qualitatibus mutatis, sint duraturæ in omnem æternitatem. Ita, cœlum & quæcunq; in eo sunt corpora, Elementa, terram & terra nascentia, judicant, non abolenda in extremo die, sed tantum mutanda in melius.

IX.

Hæc opinio præterquam quid in se absurditate laborat & in assertione est lubrica (neque enim constat, utrum de speciebus

ciebus tantum, an de individuis, & omnibus, an aliquibus intelligi velint) in manifesta scripturæ testimonia impingit. Psal. 102. Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes, ut vestimentum, veterascent, &c., ceu vestem, mutabis eos. Apocal. 20. A facie sedentis super Luc. 21. thronum fugiunt cœlum & terra, & non est eis inventus locus. 2. P. 3. Cœli incensi solventur & in morem procellæ transibunt.

X.

Quartum argumentum consolationis est, ab exemplo *1111.* omnium sanctorum, qui cruci subjecti sunt & liberationem *Exempla* sui corporis expectant. Sanctos vocat eos, qui primitias Spi. Sanctorum ritus sancti acceperunt: Ergo nec tota plenitudo Spiritus, nec absoluta perfectio à sanctis est expectanda.

X I.

Quinta ratio est natura promissionum Euangelij, quæ *V.* credentibus in Christum certò salutem pollicentur æternam, *Natura* sed in hac vita spe possidendam: Spei autem natura est, ut *Spei*, circa bona non apparentia versetur: Quæ enim videntur, non sperantur; At res non visæ, patienter sperandæ sunt, si sint promissæ.

X II.

Sexta consolatio ducitur à Spiritus S. auxilio sublevante infirmitatem nostram. Id autem appareat in precibus nostris, quas saepe ad Deum fundimus, ignari, quid petamus, profuturum ne id nobis sit, an non. Ideoq; Spiritus S. in nobis habitans corrigit istam mentis imbecillitatem, & ipse pro nobis gemitibus inenarrabilibus orat & preces nostras interpretatur, & rogat ea, quæ secundum Deum sunt, seu quæ Deo placent & nobis sunt ad æternæ gloriæ thesaurum consequendum necessaria.

*VI.*

*Auxilium  
Spiritus S.*

X III.

Septimam consolationem dicit Apostolus à consideratione finis salutaris afflictionum omnium. Etsi calamitates *Finis Salutis* videntur fidem & spem piorum labefactare: Tamen scimus, diligenteribus Deum omnia cooperari in bonum, h. e. esse quæ si oīvēḡ, ducentia ad finem Deo gloriosum & nobis salutarem. Cum autem eadem saepius evenire soleant pijs & impijs: ostendit, his solis omnia ad bonum finem producendum consipere, qui secundum propositum sunt vocati, h. e. electi Dei, 2. Tim. 1.

*De*



## *De cruce piorum.*

### I.

**C**rus est passio pijs à Deo imposta in hoc mundo, ad gloriam Dei illustrandam, & piorum utilitatem, & æternam salutem promovendam.

### II.

Passionem vocamus quodvis πάθος adversum, quod mentem pij hominis exercet, & fidem ac spem concurrit. Estq; aliud internum, quo Satanás excruciat mentes dubitatione de Dei gratia & voluntate, ex consideratione lapsuum: Aliud externum, quo idem artifex, excitatis malorum hominum voluntatibus, creat pijs certamina, vel in bonis corporis, & facultatibus suis eos affigit. Vtriusq; exemplum est Job & David. Et Paulus 2. Cor. 7. complectitur utrumque genus dicens: Intus terrores sunt, foris pugnæ.

### III.

Hæc adversa et si à Diabolo & impijs saepius proficiuntur, ut in historia Job videre est: tamen, quatenus Deo permittente, eaque ad bonum finem ordinante, & metas furori Satanæ & impiorum praescribente, fiunt: Eatenus Deus ipse est crucis nostræ causa efficiens, Heb. 12. v. 5. 6. Quem diligit Dominus castigat.

### III.

Ineptum est causas calamitatum, quibus exercentur pij, referre ad astrorum positum, vel ad materiæ fluxibilitatem: Sunt enim obnoxij malis propter peccatum, Gen: 3. Et quantum sunt reconciliari Deo per fidem, tamen inhæret illis adhuc mala radix, & vetus homo, de die in diem mortificandus, ut novus crescat, 2. Cor. 4. v. 16.

### V.

Sunt autem quatuor genera calamitatum. 1. *Timoria*, est pena propter peccatum inficta ab irato Deo impenitentibus, ut agnitis peccatis resipiscant, & alij timorem habent. Ita Salomon factus idolatra punitur rebellione multorum, 3. Reg. 11. Populus Israël punitur captivitate Babylonica.

### VI.

Altera crucis species est *sonumaria*, de qua nunc propriè

Duplicia  
παθήματα  
piorum.

Causæ.

Astrologiae  
abusus.

Species  
calamita-  
tum.

priè loquimur, qua pīis & in gratiam à Deo receptis crux imponitur, ut de peccato suo priori cogitent & futura caveant, & veterem hominem mortifcent, cum concupiscentiis suis, ut fides, spes, patientia & invocatio illorum probentur & patefiant; ut Dei miranda defensio & liberatio ex ærumnis & periculis inextricabilibus conspiciatur.

### VII.

Hæ calamitates non sunt propriè pœnæ, tām respectu *Crux pio-*  
eius, qui eas immittit, quām ejus, qui eas suffert: Non e- *rum non*  
nim infliguntur à Deo irato, nec satisfacunt pro peccatis ad- *est pœna*  
missis, sed credentibus gratis remittitur culpa & pœna pro- *propriè*  
pter Christum: Sed respectu scandali dati apud alios retinent *dæta.*  
aliquem *τιμωρίας* respectum, ut videre est in Davide, cui in  
gratiam recepto denunciantur afflictiones variæ, quia blas- *2. Sam. 12<sup>6</sup>*  
phemare fecerat nomen Domini. *v. 24.*

### VIII.

Tertia species crucis dicitur *μαρτυρία*, quo pīi in casu confessionis quævis supplicia & quōvis cruciatus subeunt potiūs, quām agnitam veritatem abnegare velint, ut sanguinis sui profusione testentur, doctrinam Euangelii solam esse veram, & se in ea perseverare usque ad finem: Talis est mors Stephani, Act. 7.

### IX.

Sed neque hæc species crucis est satisfactio aliquapro peccatis, aut meritoria vitæ æternæ, (soli passioni Christi is de- *Martyria*  
betur honos) quæ perinde ex mera gratia datur martyribus, non sunt atque aliis in Christum credentibus. Habet autem in altera *satisfactio* vita uberiorem gloriam & majora præmia, Apoc. 7. Et, Pe *pro peccati-*  
*rum invitum quodammodo subiturū crucem, prædictit Chri-*  
*stus, Ioh. 21.*

### X.

Quarta species calamitatum est Christi passio, quæ sola est perfectæ dignitatis, & meritoria æternæ vitæ, non sibi, sed omnibus hominibus, ceu *λύτρον* pro peccato, 1. Tim. 2.  
Rom. 8. Ioh. 3.

## Tertia tentatio de predestinatione.

### I.

**G**ravissima est hæc tentatio, qua piæ mentes sæpe affliduntur: Sintne in numero eorum, quos Deus ab æterno

D ele-

elegit ad vitam æternam. Cum itaque mentionem fecisset Apostolus eorum, qui secundum propositum Dei sunt vocati, & his omnia cooperari ad bonum, dixisset, subinde paucis perstringit prædestinationis divinæ abyssum, docens, neque eo nomine ullam esse causam, ob quam de æternæ salutis portu credentes in Christum dubitare debeant.

II.

ut autem dictum hoc Apostoli rectius intelligatur, explicanda est breviter emphasis terminorum: Vocationis κατὰ πρόθεσην, & præscientiæ. De prædestinatione vero capitibus sequentibus σὺν θεῷ agemus.

III.

*Vocatio.* Vocationis notum Scriptura hoc in negotio usurpat de salutari annunciatione seu prædicatione Euangeli, qua per ministerium verbi divinitus datum errantes in tenebris vocantur ad lucem filiorum Dei, ad nuptias regias, Marth. 22. ad cœnam magnam, Luc. 14. ut omnes & singuli, acta pœnitentia, in Christum credant, & salutis æternæ hæreditatem consequantur.

IV.

*Calvinianus error.* Quia vero Paulus conjungit vocationi divinæ ωρόθεσην, consideranda est hujus vocis propria vis, ne errori Calviniano fenestræ patefiant. Hi enim fingunt, Deum vocare quidem multos externo verbi ministerio & VOLUNTATE SIGNI; In paucis vero efficaciter operari per Spiritum sanctum, illis nimirum solis, quos Deus absolute suo decreto & VOLUNTATE BENEFACIT ab æterno ad salutem elegit.

V.

Et hos solos statuunt vocari κατὰ πρόθεσην θεοῦ videlicet, quia his solis decrevit Deus dare fidem & Spiritum sanctum. Reliqui vocantur quidem eodem verbo, sed inefficaci, non tantum ex parte hominum, sed etiam Dei, idque ωράγα πρόθεσην θεοῦ præter consilium & propositum Dei, quia nunquam proposuit aut decrevit eos convertere & salvos facere.

VI.

Ad has imposturas detegendas consideranda est πρόθεση.

etiam deus aeterna, tam in decreto, quam in ejus executione. Ea  
verò non ex humani ingenii commentis, sed ex voce divini. *Proposi-*  
*tus revelata eruenda est. Impossibile est enim πρόθεσις in tum Dei*  
*executione discrepare ab eadem in decreto, cum non aliter vocantis*  
*decreverit Deus homines vocare, quam actu eosdem vocat, homines.*  
*Neque enim Deus est, ut homo, mutabilis in suo proposito.*

### VII.

Porrò πρόθεσης circa vocationem hominum dupli- πρόθεσεως  
ci respectu terminatur, altero ex parte Dei vocantis, altero *divinae du-*  
*ex parte hominum, vocationem divinam amplectentium aut plex respe-*  
*negligentium. Perinde ut ipsa vocatio dupliciter in Scriptu- datus,*  
*ra accipitur, tum ratione Dei vocantis, tum ratione homi-*  
*num, vocatione recte, vel secus utentium, 1. Cor. 1. Eph. 4.*

### VIII.

Ex parte Dei, qualenam sit ejus propositum in voca-  
tione hominum, docent plurima Scripturæ testimonia, nimi-  
rum: Vult omnes homines ad agnitionem veritatis venire,  
1. Tim. 2. v. 4. Vult, omnes ubique poenitentiam agere. Act.  
17. v. 30. Vult, omnem hominem erudiri & perfectum fieri  
in Christo, Col. 1. v. 18.

### IX.

Et hanc voluntatem seu propositum Dei serium esse, *Seria vo-*  
*citendit juramentū, quo Deus per semetipsum jurat, Ezech. luntas Dei*  
33. v. 11. Vivo ego, nolo mortem impii, sed ut convertatur *vocantis*  
& vivat, 2. Pet. 3. v. 9. *homines.*

### X.

Quare impium & blasphemum est in Deum, fingere  
talem Dei vocantis nos πρόθεσιν, qua tamen paucos per ver-  
bum Euangelii velit converti & salvari, reliquis absolute  
quodam odio reprobatis.

### XI.

Quandoque verò consideratur πρόθεση Dei in voca-  
tione Evangelica, respectu hominum vocatione utentium, vel  
non. Quorum qui vocati quidem sunt, sed non obtempe-  
rant, dicuntur κακλημένοι, Matth. 22. Luc. 14. quales erant  
Pharisæi, qui aspernati sunt Dei λόγον adversus semeti-  
pos, Luc. 7. v. 30. His quod non convertuntur verbo, sed  
Vocato-  
rum diffe-  
rentia.

indurantur, id totum sibi imputent. Estque hic eventus vocationis non κατά, sed ως πρόθεσμος. Propositum enim Dei est, non ut homines, contemnendo verbum, perseverent in peccatis, aut etiam judicium gravius sibi accersant, sed ut conversi salventur.

XII.

Alii vocationem factam per prædicationem Euangeliū amplectuntur, & in regiis nuptiis cōparent, & hi dicuntur κλητοί, Matth. 20 & 22.

XIII.

*Impii in cœtu vocatorum,* Horum vicissim aliqui aut non serio amplectuntur Euangeliū vocem, sed simulatè, dum vel fascinati sunt pravis opinionibus, aut indulgent securitati & licentiæ carnis, aut polluti sceleribus contra conscientiam, atque interim prætexunt speciem pietatis, 2. Tim. 3. Verbo fatentur, se nosse Deum, factis autem negant. Tit. 1. In his vocatione Dei quoque non alsequitur finem sibi propositum, non culpa Dei, sed hominum.

XIV.

*Renati ad tempus.* Alii verò in numero vocatorum verè sunt renati, donati spiritu sancto & remissione peccatorum. hi dicuntur Heb. 3. v. 1. κλήσεως ἐπιφανίς μέτοχοι. Et ad hos pertinent exhortationes Spiritus sancti, ut dignè ambulent vocationi suæ, qua vocati sunt, Eph. 4. v. 1. ut firmam faciant per bona opera vocationem suam 2. Pet. 1. v. 10. ut initium substantiae firmum usque ad finem retineant. Heb. 3. v. 1. 14.

XV.

Sed quia etiam, qui semel verè renati sunt, non omnes his admonitionibus Spiritus sancti obtemperant, sed aliqui eorum retrò conversi ad seculum post Satanam, redeunt ad inquinamenta hujus Mundi & finaliter excidunt gratia Dei, ac damnantur. Ideo in his quoque vocationis divinæ πρόθεσμη non sortitur exoptatum finem, quandoquidem ea non tantum ad actum vocationis, nec tantum ad initium apprehensionis ejusdem, sed etiam ad complementum & finalem perseverantiam refertur.

XVI.

*Perseverantes in fide.* Postremò sunt in numero vocatorum, qui per Spiritus sancti gratiam renati & sanctificati exhortationibus divinis morem gerunt, & vitando peccata contra conscientiam perseverantiam refertur.

Spi-



Spiritum S. in se habitantem non contristant vel excludunt:  
Nec patiuntur, se à bono proposito ulla ratione dimoveri, sed  
perseverantes usque ad finem æterna gloria coronantur.

XVII.

Hi quia finem τῆς προθέσεως a coelestis vocationis inclusum  
assequuntur, dicuntur sancti κλητοὶ κατὰ πρόθεσιν θεοῦ Rom. 8.  
v. 28. 2. Tim. 1. v. 9. Deus vocavit nos vocatione sancta  
κατὰ τὴν πρόθεσιν τοῦ χριστοῦ. Et hi sunt Electi & κεχαριτω-  
μένοι in Christo Eph. 1. qui sunt τοὺς κυρίους, et Domino noti. 2.  
Tim. 2. v. 19. diligentes Deum, conformes imaginis Filij Dei  
& æternū glorificandi.

XVIII.

Præscientia vox interdum de absoluta Dei sapientia &  
scientia omnia præterita, præsentia & futura bona & mala ab  
æterno ēt τῷ υἱῷ intuente usurpatur. Sed hæc significatio h.  
I. admitti nequit, neq; enim de omnibus creaturis, earumve  
prædestinatione, sed de solis hominibus loquitur Apostolus.

XIX.

Interdum Præscientia Dei cum eius gratiosa prædesti-  
natione seu electione conjungitur. ut Rom. 8. Quos præsci-  
vit, hos prædestinavit 1. Pet. 1. Electi secundum præscienti-  
am Dei Patris. Et in hac significatione, qualinam objecto Dei  
præscientia terminetur, hoc seculo contenditur in Ecclesia.

XX.

Nonnulli, Præscientiam hanc, statuunt, ad omnes ho-  
mines referendam esse, quos, quia Deus præscivit nascituros  
in hunc mundum, ideo universos ad vitam æternam præde-  
stinasse, ab ijsdem affirmatur.

XXI.

Cui opinioni, vel potius depravationi, textus Apostolicus  
evidenter contradicit, tam in præcedentibus verbis, quam se-  
quentibus. Loquitur Apostolus verbis immediatè præceden-  
tibus de salutari fine & eventu calamitatum, quod nimis  
omnia cooperentur in bonum, non omnibus hominibus, sed  
his, qui diligunt Deum, qui secundum propositum vocati sunt. Cohären-  
tia univer-  
salis.  
His verbis subnectit rationis loco Apostolus sequentia: ὅτι *textus*.  
ἕνε προέγνω καὶ προώρισε. XXII.

At nulla est consecutionis ratio in argumento Paulino,



ex sententia adversariorum intellecto: Quoscumq; Deus præscivit & prædestinavit his omnia cooperantur in bonum. Deus omnes homines præscivit & prædestinavit: Ergo his, qui Deum diligunt & secundum propositum vocati sunt, omnia cooperantur in bonum. ubi quaternitatem terminorum nemo non agnoscit: Et mediū, ex quo inferri debebat hæc conclusio, falsum est, nimis omnibus hominibus omnia cooperari in bonum, neq; id affirmat Apostolus.

### XXIII.

Quin etiam sequentia verba textus eandem interpretationem manifestæ falsitatis arguant: Monstrat enim Apostolus ordinem, quo Deus decretum æternæ prædestinatio-  
*Connexio  
membro-  
rum in di-  
Eto Aposto-  
li:*  
nis absolvit, & in actum ducit, videlicet vocatione, justifi-  
catione & glorificatione. Quos prædestinavit, hos vocavit:  
Quos vocavit, hos & justificavit: Quos justificavit, hos &  
glorificavit.

### XXIV.

Hic ipsa rei evidētia ostendit, semper prius membrum posterioris limitatione definiri. Omnes enim glorificandi ju-  
stificantur, sed non contrā omnes justificati glorificantur: Plurimi enim non perseverant. Ita omnes justificandi vocan-  
tur: Sed non contrā omnes votati justificantur: Plurimi enim  
sunt hypocritæ.

### XXV.

Unde perspicuum est, vocationis & justificationis be-  
neficium latius se extendere, quam glorificationis: Sed ele-  
cti & prædestinati omnes glorificantur, teste Apostolo. Non  
omnes igitur homines prædestinati: Ergo neq; hoc modo  
præcogniti: Quos enim præscivit, hos prædestinavit.

### XXVI.

Adhæc propositum Apostolo est hoc loco non  $\pi\epsilon\omega\tau\omega$   
docere, quam latè se diffundat divina prædestinatio, multine,  
an aliqui, vel omnes ei sint inclusi: Sed quam certa & quo or-  
dine ab æterno facta sit, & in tempore detur executioni: Pri-  
ora enim duo membra, præscientia & prædestinatio ad æter-  
nitatis abyssum referenda sunt: posteriora tria ad realem æ-  
terni decreti executionem pertinent.

27, Qua-

## X XVII.

Quare imperitè ex hoc loco concluditur universalis omnium hominum prædestinatio, cùm eadem ratione inde secuturum esset, omnes homines actu ipso esse κλητούς vocatos, justificatos, & proinde non tantum ἐκλελεγμένος, sed etiam ἐκλεκτοῦς, quod qui affirmat, aut semel fervore certaminis prolatum, ὥστε εἰ τὸν θεόν διαφυλάζωρ tueri conatur, is in universa religionis Christianæ principia impingat, necesse est.

## X XVIII.

Siquidem igitur præscientia Dei respectu æternæ prædestinationis limitata, non potest indifferenter omnibus oti a determinino hominibus applicari, sed tantum aliquibus, iterum hīc minata vel duo sententiarum genera sese offerunt, alijs eam absoluta Dei operatione definitibus, alijs ordinata.

## XXIX.

Calviniani arbitrantur, Deum ex mero, simplici & ab solo beneplacito suo quosdam homines ex tota massa humani generis gratiōē prævidisse, pro suis agnoscisse & prævidendo destinasse ad salutem, sine ullo intuitu fidei illorum in Christum, aut incredulitatis: Atq; ita præscientiam cum prædestinatione confundunt. Quid enim est gratiosē prævidere & pro suis agnoscere aliud, quam prædestinare?

## XXX.

ut autem illa alias distincta sunt, dum illa noticiam, hæc causam notat, illa ad essentialis idiomatos, hæc ad actionis inter præ-Dei gratiosæ descriptionem refertur: Ita hoc loco distinguida esse, patet: aliōqui tautologia foret in textu Apostoli, & prædicentis: Quos prædestinavit, hos prædestinavit.

## XXXI.

Necesse est igitur præscientiam non ad quosdam homines simpliciter, quatenus tales, referri: Sed aliud quippiam constitui, quo terminetur. Id autem vel est nostrum, ut sunt opera nostra, propter quorum prævisionem nos eligi à Deo, Lib. i. Reliquando sensit Augustinus, ut ipse fatetur. Verum nil est in tractat. nobis, propter quod Deus nos eligat, quippe qui ipsa ele- cap. 25. ctione omnium nostrum conatum pietatis antevertit.

## XXXII.

Vel deniq; est quiddam alienū quod tamen certo quodam modo fit nostrū, idq; tanti est pretij, ut illius intuitu eligamur scit in ad nobis,



*Christum ad vitam æternam: Id verò solus est Christus Iesus, in quo fide appre- electi sumus ab æterno, ante jacta fundamenta Mundi. bensum.*

XXXIII.

Dupliciter vicissim consideratur Christus respectu generis humani. Primum ratione thesauri gratiæ, acquisiti & parti omnibus hominibus, qua ingreditur prædestinationis articulum ratione meriti: Deinde ratione applicationis, quatenus Christum, eiùsque meritum fide apprehendimus, & Deus Pater imputat nobis Filij sui obedientiam & meritum in eum credentibus.

XXXIV.

*Præscientia univer- salis & determina- ta.* Hinc nascitur præscientiæ divinæ, quatenus cum æterno electionis decreto conjuncta est, determinatio: Etsi enim ratione præscientiæ generalis omnes homines Deo sunt notissimi, & ratione voluntatis antecedentis Deus omnes homines vult salvos fieri. Tamē quia simul Deus considerat, non omnes credituros in Filium, sine quo, & extra quem neminem peccatorum unquam salvari voluit, idcirco quos vidit constanter in Christum credituros hos ad vitam æternam prædestinavit, cæteris non absoluto quodam decreto, sed propter antegressam incredulitatem reprobatis.

XXXV.

ut igitur ad textum revertatur, consolatur Apostolus mentes piorum, consternatas ex consideratione crucis & æternæ prædestinationis, demonstrans, hanc esse immotam Dei voluntatem, ut qui ad salutem electi sunt, per crucem reddantur σύμμαρφοι imaginis filij sui, ut ipse sit primogenitus in multis fratribus, quod æternæ sapientiæ decretum cum sit immutabile, necesse est, ut nos illi reverenter submittamus.

XXXVI.

Postquam ergo duobus prioribus membris ostendit, quid ab æterno Deus prævidendo & prædestinando circa salutis nostræ mysteriū egerit: Sequenti versu 30 ostendit, quæ ratione & quo ordine divinæ prædestinationis effectus in hominibus perficiatur, videlicet vocatione, justificatione et glorificatione.

XXXVII.

*Prædesti- natio.* Est enim prædestinationis decretum in se mysterium æter-

æternis temporibus tacitum & in Deo absconditum: Patefactio verò ejus fit per prædicationem Evangelij, Rom. 16. tio, justificatio Executio in justificatione: Finis in glorificatione.

catio, glo-  
rificatio.

### PORISMA.

#### I.

Hinc liquet, non esse prædestinationis decretum à priori ex abscondita Dei voluntate inquirendum, sed ex revelata. Neque enim aliud de nobis Deus decrevit, quām in tempore annunciarī curat. Nec sunt contradictoriæ voluntates Deo affingendæ.

#### II.

Extra cœtum vocatorum nullos electos esse, dicente Paulo: Quos prædestinavit, hos & vocavit.

#### III.

Fidem non ingredi electionis articulum, quatenus est nostrum quoddam opus, sed quatenus Christum apprehendit, perinde ut in justificationis articulo declaratum est disputationibus præcedentibus.

#### IV.

Prædestinationem non esse vel ex nuda & sola prævisione Dei, vel ex simplici Dei voluntate, qua vult omnes homines salvari, tantum judicandam, sed præscientia & voluntate limitata seu ordinata, certisque mediis ad certum finem determinata.

Non propriè verò & univocè omnes homines esse electos, sed tantum eos, qui in Christum Iesum credunt & in ea fide usque ad finem perseverantes glorificationis æternæ fiunt participes.

### Quarta tentatio de finali perseverantia.

#### I.

Postremò cùm audiunt piæ mentes ex præcedenti commemoratione, eos esse in numero Electorum Dei, qui non modò in Christum credunt, sed etiam in ea fide perseverant usque ad finem, variè anguntur de dono finalis perseverantiae.

E

Et



II.

*Antithesis errorum.* Et Pontificii quidem nugantur, neminem de finali sua perseverantia certum esse posse ante finem vitæ, ac proinde de certitudine salutis & electionis gratiæ perpetuò dubitandum.

III.

Calviniani docent, eos, qui semel verè renati & Spiritu sancto donati sunt, deinceps hoc denuo nullis, quantumvis atrocibus, sceleribus contra conscientiam admissis, amittere posse, sed eos perpetuò esse & manere Dei filios, templa & domicilia Spiritus sancti, & retinere fidem & spem æternæ beatitudinis, quicquid denique agant.

IV.

*Contra Pontificio-  
rum do-  
gma.* Vtrinque à media & regia via disceditur: Neque enim abducendæ sunt mentes ad Pontificiam dubitationem de gratia Dei, cùm tot extent divinæ promissiones, Deum non tantum velle operari initium conversionis, sed etiam conservare bonum depositum nostrū usque in illum diem. 2. Tim. 2. *Vide disp.* Philip. 2. Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere. *ex cap. 5.* Philip. 1. Qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Iesu Christi. 1. Cor. 10. Fidelis est Deus, qui non sinit, nos tentari supra vires, sed dat cum tentatione eventum.

V.

Neque etiam confirmanda est Epicurea securitas Calvinianorum, quasi renati non possint denuo excidere gratia Dei, cùm Paulus de se testetur, quod possit fieri reprobis, 1. Cor. 9. Castigo corpus meum, & in servitatem redigo, ne, dum alios doceo, ipse reprobis fiam, de quo capite 11. pleniū dicetur, volente Deo.

VI.

Veri autem fontes consolationum in temptatione de finali perseverantia monstrantur hoc textu Apostoli, à v. 31. usque ad finem. Fatigant autem pias mentes hac de re cogitantes, 1. Potentia & multitudo hostium, insidiæ diaboli, accusatio peccati, afflictio mundi, illecebræ carnis, fulmina Legis. 2. Gravitas & atrocitas calamitatum, affligentium pios, quales sunt tribulatio, angustia, famæ, persecutio, nuditas, periculum, gladius.

Priori



## VII.

Priori tentationi opponit Apostolus conspectum potestitiae & misericordiae Dei & Salvatoris nostri Christi Iesu: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Nisi idem etiam contra Deum nisi velit. At vultne Deus nos juvare? Quid nisi? Qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis eum tradidit: Si dedit id, quod majus est, videlicet Filium: Quomodo non Paraphrascum eorum reliqua omnia nobis donaturus esset? Si accusat testis textus. lex, & peccatum condemnat: Deus est major lege & peccato, qui electos justifiat, & Christus pro nobis interpellat, & quidem is, qui pro nobis mortuus, resurrexit, & sedet in dextera Dei. Terroribus igitur conscientiae opponenda est potentia & misericordia Dei & meritum atque intercessio Christi, quae longe superant omnium creaturarum conatum.

## VIII.

Posteriori tentationi, de multitudine, & gravitate calamitatum & persecutionum, quibus prius in hac vita subjecti sunt, & ne eis frangantur, ut studium pietatis abjiciant, extimescunt: opponit Apostolus 1. immotum amorem Dei erga nos. 2. latissimam spem victoriae & liberationis ex omnibus malis, v. 37.

## IX.

Non loquitur de dilectione, qua nos Deum diligimus, nec vult, ut in calamitatibus eam intueamur, quae admodum est imperfecta, languida & lubrica. Sed de dilectione, qua ipse dillexit nos v. 37. Et certus est Apostolus, nos nullo diaboli astu aut potentia, nullisque rebus, neque secundis, neque adversis ab ea separari posse. v. 38 & 39. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque altum, neque profundum, neque creatura alia potuerit nos separare à charitate Dei, quae est in Christo Iesu Domino nostro cui sit laus, honor, virtus, gloria & gratiarum actio in secula semper, Amen,



AB 22 841 (1)



56.

Hi.77


WCP





**Farbkarte #13**

B.I.G.



DISPVTATIO DECIMA  
EX EPISTOLA PAV.  
LI AD ROMANOS, PRO,  
PONENS ἀνέλυσιν CAPITIS  
OCTAVI,

*Cujus positiones, diuina adjuuante  
gratia,*

PRÆSIDE DAVIDE RVN-  
GIO, S. THEOLOGIÆ DOCTO-  
re & Professore in Academia Vitebergensi  
publico, in priuato disputationum Theolo-  
gicarum collegio defendet, 10 Julij  
horis matutinis,

M. IOACHIMVS GRYPHIVS  
HAMBVRGENSIS.



VVITEBERGA  
Excusa typis Simonis Gronenbergij.

M. D. XCVI.